

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

Puente, Luis de la

Coloniae, 1614

Med. 33. De remissione ad Herodem, & contumeliis, quibus ibi fuit
affectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](#)

Quare qui verbo & lingua h̄ nō offendit DEVM
imperfectus est vir.

MEDITATIO XXXIII.

DEDVCITVR CHRISTVS

Dominus ad Herodem, & ab eo illusus remittitur.

PVNCTVM I.

ACERDOTES & a Phari-

a Luc. 23.5.

sai, inualeſcebat diuētes,
commouet populum docens
per vniuersam Iudeam, in-
cipiens à Galilæa v'que bus
Pilatus autem audiens Ga-

lileam, interrogauit, si homo Galileus effet: Et
ut cognouit, quod de Herodis potestate esset, re-
misit eum ad Herodem, qui & ipse ierosolymis
erat illis diebus, ut Christi causam ille cogno-
sceret.

PERPENDE, Christum Dominum
nostrum, b qui (teste Sancto Petro) per
transit per vniuersam Iudeam, incipiens à Ga-
lilæa, bene faciendo, & sanando omnes op-
pressos à Diabolo, quoniam Deus erat in il-
lo, eam nunc sustinere calumniam, quod
populum commoueat, peruersam illam do-

I.


b Act. 10.37

cens

cens doctrinam, incipientem à Galilæa per totam Iudeam; ut hinc cognoscamus, quoniam perè voluerit humiliari, qui omnes suas peregrinationes, & sermones, quos in illius populi utilitatem direxerat, ea infamie nota nunc proponi videret, quod in eiusdem populi destructionem & ruinam directi fuissent.

II.

C O N S I D E R A N D A deinde est ignominia, quam Christus Dominus in qua ratione sustinuit, à Prætorio Pilati usque ad palatum Herodis, per medias plateas & foras Hierusalem, tanto populi strepitu; Et admirabor charitatem, & humilitatem filij Dei, quae per tot tribunalia, ab iniquo uno ad aliud deterrimus, deduci voluerit, etiam illius Regis crudelissimi & iniustissimi, qui proprij fratribus uxorem sibi acceperat, & sanctum Ioan. Baptistam decollauerat, eo quod scelus illud reprehenderet. Quod totum prouidentia diuina disposuit; ut, quod plura nostri causa, ipse sufficeret; eo nos magis ad obsequium ipsi præstandum obstringeret & efficaciora patientia exempla nobis praebet.



PVNCTVM II.

HERODES autem viso IESV, gauisus est a *Luc. 23. 8.*

valde: erat enim cupiens ex multo tem-
pore videre eum; & sperabat signum a-
iquid videre ab eo fieri. Interrogabat autem eū

multis sermonibus. Stabant autem Principes Sa-

cerdotum & Scribae constanter accusantes eū.

CIRC A hoc punctum considerandum est,
Herodem gauisum quidem fuisse conspecto
Christo, & benignè illum exceptissime; id tamen
non ex charitate, sed curiositate permotum,
quod tanti nominis virum, apud se haberet; &
in ignem aliquam nouitatem, aut signum fieri
ab eo speraret: quod tamen totum, in maius
Christi Domini dedecus & opprobrium re-
dundauit; quia nihil faciens ipse Christus,
quod esset humaniter exceptus; tantum abest,
ut signum aliquod, in eius præsentia ficeret;

vt nec responso quidem illum dignaretur.

IDQ V E primùm, in detestationem scele-
ris ipsius; agens cum illo, tanquam cum ex-
communicato & indigno, qui admiranda
ipsius signa videret; & ideo alia occasione, b *b Luc. 13.*
vulpem illum appellavit, insinuare volens a-
*stutam eius malitiam, qua præcipuos c vinea c *Cant. 2. 15.**

Domini palmites demoliretur.

DEINDE, in detestationem vanæ illius cu-
riositatis; neque enim diuina sua verba, Deus
affundit, aut stupenda sua opera facit, ut cu-
riositatem tantum hominum alat; ideoq; qui

IV. Part. Medit.

a a

inani

II.

inani hoc spiritu, ad agendum cum Deo in oratione accedit, multum illum suum dumque erga se experietur; nec eius inspirations, & interna verba sentier, aut ad res magnas agendiendas instinctum & motionem.

III.

DENIQUE, ut hac ratione, propensionem suam, & mortis desiderium nobis manifestaret, nam qui miraculose effecit, ut posset pro hominibus mori interdicendo corpori suo gloriam, quae illi, propter animae beatitudinem debebatur; non erat cur miraculum adhiberet ad passionem fugiendam, & mortem evitandam. quo suo facto, pudorem nostrae affecte tepiditati, qua miracula petimus, ut ab occurrentibus laboribus & calamitatibus liberemur. Obone IESUS, qui tot miraculis, alienis necessitatibus consuluisti, cur vel unicum non adhibes coram Herode, ut consulas proprios? et si illius curiositas sit indigna; tua tamen necessitas urget & clamat. Sed apparet bene, te nostrarum necessitatuum clamores, propriam necessitatis clamoribus anteferre, quibus morte tua subsidium feres. Eandem ob causam, quis Sacerdotes & Scribae, constanter ipsius pud Herodem accusarent, tacuit, & quidem Irenio non minus stupendo quam seruauerit, pud Pilatum: immo adhuc exactiori: nam Pilatus locutus fuerat in praetorio, & ad interrogat respondens, veritatem illi aperuerat; cum pud Herodem, nec verbum protulerit, nec suis defensionem, nec ob humanum aliud respondeat: quamvis non ignoraret, ob tale silentium

incor-

incurrere se Herodis indignationē: hac ratiōe
nos docens, sanctā libertatem, q̄ etiam coram
regib⁹ & Principib⁹ tenere debeamus: nē aut
loquamur, aut faciam⁹ coram eis humano tātū
respectu, q̄ ipsi desiderant; quāuis nīsi faciam⁹,
damni alicuius periculum nobis immineat.

PVNCTVM III.

VIDENS Herodes, Christum ad omnia,
quæ ipse interrogabat, & ea, quæ Scribæ
& Sacerdotes illi obiiciebant, omnino
ta centem, a sp̄reuit illum Herodes cum exercitu a Lac. 23.11.
suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad
Pilatum: & facti sunt amici Herodes & Pilatus
in ipsa die: nam ante inimici erant adinuicem.
PERPBN DENDA hic primū est, iniqui hui⁹
Regis contra Christum sententia; qua illū stul-
tus esse indicauit, valde rusticum & inurbanū,
& quasi ex mentis inopia & mera simplicitate
taceret: & Rex esse cupiuisset: & ideo noluit
ad mortē illum damnare: sed ignominia affi-
cere & in opprobrium & irrisiōnē, alba veste
induere, vt illā Cæsares gestare cōsueuerant:
cūiūs facile sit credere antiq̄ aliquā & lacerā
ea fuisse, vt maiori risui exponeretur, & hac
ratione in dutū remisit ad Pilatum; quasi dice-
ret; remitto tibi stultum & simplicem istū, qui
ex mera simplicitate, Rex fieri voluit: totus
verò ipsius Herodis exercit⁹, vt iniuriā suo Do-
mino illatā vlcisceretur, suoq; Dño adularetur
mille iniuriarū modis ipsū Christū affecerunt:
appellantēs illū simplicē, inurbanū, ineptum:
stultū, Regulū, & aliis huiusmodi infamibus

I.

compellationibus; licetque credere manus quoque irrisio[n]is gratia, in illum coniecissem, instigante eos ad id Sarana; quod tamen eorum admiranda patientia Christus Dominus suffinebat, hac ratione, nos docens, vanos mundi honores contemnere & nihil facere errantia hominū iudicia, qui Deum ipsum ita trahere sunt ausi. O verbum diuinum, Patris sapientia, gratias tibi, quod eo te visus demiseris, ut simplex & stultus ab hominibus judicareris! Verè necessaria fuit tanta tua humiliatio, ut superbia & præsuptio mea factaretur! utinam huiusmodi insignibus ornatum me viderem, & stultum haberi: nulla tamen culpa mea, neque enim maior sapientia est quam lubenti animo videre, se in mundo, tu amore, contemptui haberi; nec stultitia maior, quam querere in honore esse, sine te.

II.

DE INDE perpendendum est, quantā ignoriam Christus Dominus fuerit passus, cum per illas plateas Ierofolymitanas duceretur pergentibus omnibus, qui illum comitabantur in opprobriis & scommatis in eum contumelias, altis clamoribus stultum illum & factum Regem compellantibus. O Rex cœlestis, quantum interest inter hos clamores, & illos quos ante quinque dies, turba tota edebat, cum te Regem Israel, & benedictum Domini compellaret: sed tempus nunc est patiendi, ut possis ad Regnum peruenire: implebitur enim quod scriptum est: b[ea]t deridetur iusti simplicitas.

b Job. 12. 4.

parata

parata ad tempus statutum relevari. O lampas
preciosissimæ, quæ doctrina & claritate lucens
& ardens, radios emitis mansuetudinis & pa-
tientiæ, tot nostri causa opprobria sustinens;
erit tempus, cum pretiositas tua reuelabitur,
ad confusionem diuitium & superborum, qui
te despiciunt. Confunde eos Domine exem-
plis tuæ humiliationis in hac vita, ut ad se re-
uersi, quod contemnebant diligent: & con-
temnant, quod antea diligebant, & magniæ
stimabant.

PERPENDVM tertio, quanto ru-
bore Christus Dominus ante Pilatum compa-
ruerit, nouo iullo habitu induitus: & iterum, ab
eius officialibus & seruis irrisus, crescentibus
semper iniuriis humiliandi Iesu: ut eo exem-
plo, non defatiger ego illatis mihi iniuriis, ob-
culpas meas: sed erubescam, quod tanto desi-
derio tenear, sapiens & prudens haberi; quam
vero grauiter feram, quod quis dictorio aut
scismatico, stultum me aut non satis pruden-
tem noret, ad quod iuuerit sententia illius
Apost. meminisse; c si quis videtur inter vos c Cor. 3.18.
sapientis esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sa-
piens: sapientia enim huius mundi, stultitia est
apud Deum, sicut est contra, Dei sapientia, ipsi
mundo est stultitia.

CONSIDERANDVM præterea, vestem il-
lam candidam, qua Christus Dominus, irri-
sionis causa, fuit induitus, eius animæ cando-
rem & puritatem vitæque innocentiam retu-
lisse; quæ opprobriis & humiliationibus con-

III.

IV.

iuncta esse conseruit: magnum enim quidem
(ut habetur in Cant.) puram & candidam in-
tus esse, dⁿigram vero & fuscum, ac propterea
contemptam exterius, quare ab ipso Christo
petā, ut candida innocentiae ueste animam meam
corpus vero irrisiois & contemptus ueste
in signib^s induat; vt in omnibus ei simili-
uadat. O Agnus immaculatus, cuius es sanguis
et si rubicundo sancti stolas suas lauant adiu-
bant, fac me album sicut niuem: vt tuam re-
ram puritatem: tinge verò tuo sanguine, vt
iam imiter passionem.

V.

¶ Psal. 2. 2.

Ephes. 2. 14.
Qui fecit
vtraque v-
num.

DENIQUE considerandum, Herodem & Pilatum, qui ante inimici erant adiuicem, ab eo tempore, amicos factos esse: vt significaretur fastis quidem reges terrae, & Principes conuenisse in unum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius: Christum vero Dominum per mortem suam, vera illos amicitia coniuxisse; Iudeos nimis & Gentes, ynitione charitatis, quā hæc Herodis & Pilati amicitia inita præfigurat. Ex quo etiā apparet, quantā quodlibet humilitatis iudiciū, vim habeat, ad corda dissidentia reconcilianda: si quidem duobus his Principibus adiuicē dissidentibus, in puncto aliquo Iurisdictionis, cū Pilatus eō se demissit, ut Christum vindictum ad Herodem mitteret, eō q^{ue} eius esset Iurisdictionis, statim sunt reconciliati: quamuis Christi humilitas pondus totū sustinuerit: ipse n. suis humiliationib^s, cōparauit coniunctionē charitatis, quā electi ha-
bent super profundam humilitatem fundari.

LIB. I

LICET etiam hic expendere, infelicem horum duorum Iudicum finem & exitum ; eō quod Christum Dominum nostrum ita contē pserint. Nam etsi patientia sua, iniurias sibi illatas tolerat ac dissimulat; quoniam tamen ipse iustus est Iudex, in tempore, illos pro meritis castigat.

MEDITATIO XXXIV.

**QVOD IVDAEI BARABBAM
Christo prætulerint.**

P V N C T V M I.

CVPENS Pilatus adhuc magis, Christum à morte eripere, eō quod videret, neque ab Herode fuisse damnatum; incidit illi medium quoddam, ad id suo iudicio aptum, & fas est credere, incidisse ex inspiratione diuina.

CONSERVDO erat, ut Præses duos vinclatos aut plures, in Paschate, plebi proponeret, ut vnum ex eis eligerent, qui liber dimitteretur, Pilatus itaq; hac opportunitate usus, Christum Dominum & vnu alium illis proposuit insignē, præ alijs omnibus qui in carcere detinebantur, malefactorem, Barabbam nomine, hominem turbulentū, laronem & homicidā, qui propterea omnibus odio erat: existimans itaque Pilatus, plebem, ne scelestissimus ille homo liberaretur, Christum Dominum ele-
cturam, dixit illis, a quem vultis dimittam vobis Barabbam an Iesus vñ qui dicitur Christus.

a Matt. 27.
17.
Marc. 15. 6.
Luc. 23. 17.
Ioan. 18. 39.